

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3737

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Fécamp, La Trinité (abbaye)

**Genre d'acte :** vidimus

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1270, mars

**Lieu d'émission :** Melun

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Louis [IX], roi de France, vidime la charte d'Henri [II], roi d'Angleterre, par laquelle ce dernier confirme les biens de l'abbaye de Fécamp sis en Angleterre et en Normandie.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 787, p. 180-181.

## Dissertation critique

Mars en 1269 ou 1270 (nouveau style) : Pâques tombe le 24 mars en 1269 et le 13 avril en 1270.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos litteras H., quondam regis Anglie, vidimus in hec verba :

H., Dei gratia, rex Anglie et dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavensis, omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus et justiciis vicecomitibus et omnibus fidelibus suis francis et anglis, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Henrico abbati Fiscannensi, cognato meo, et ecclesie Fiscannensi omnes terras suas Anglie et Normannie, quas comes Ricardus dux Normannie et Willelmus rex Anglie et omnes alii predecessores mei in elemosinam predictae ecclesie dederunt et sigilli sui concessionem confirmarunt. Quare volo et firmiter precipio quod abbas et Ecclesia Fiscannensis amodo predictas terras cum omnibus earum appenditiis teneant bene et in pace, libere et quiete et honorifice cum omnibus legibus et libertatibus et liberis consuetudinibus et quittanceis, placitis et querelis et causis omnibus, absque omni subjectione et dominatione baronum vel principum et omnium aliorum et absque omni inquietatione cujuslibet secularis vel judicarie potestatis vel inminutione dignitatis, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes, et quia diligenter inspexi cartas Ricardi ducis Normannie et Willelmi regis Anglie et aliorum predecessorum meorum, iterum precipio quod monachi Fiscannenses vel eorum homines non respondeant de aliquo tenemento suo vel de aliqua alia re, nisi coram me vel coram mea capitali justitia ; sed habeant omnem libertatem et justiciam de omnibus rebus que in terris suis evenient vel poterunt evenire. Testibus Arnulpho Lexoviensi, Philippo Baiocensi, Ricardo Londoniensi episcopis, Willelmo fratre regis, Thoma cancellario, Ricardo de Humeto, Guarino filio Geroldi camerario, Manasses Biset dapifero, Roberto de Novoburgo, Roberto de Dunstanvilla, Joscelino de Baillolio, Nicholao de Stotevilla. Apud Westmonasterium.

In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Melodunum anno Domini M° CC° LX° IX°, mense martio.